

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1279

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

mandatis, quatenus ipsos fratres habeatis pro dei amore et nostra reverentia vobis propensius commendatos non sinentes, eos premissarum vel aliarum injuriarum molestias sustinere, sed magis eos, de quibus ad vos querelam detulerint, clericos et laicos in vestra presentia statuendos ad satisfactionem plenariam auctoritate, quam super hoc vobis presentibus in hiis scriptis conferimus, inducatis, contumaces quolibet censura ecclesiastica percellentes. datum Argentine anno domini 1279, 7 kalendas augusti.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend.

71. *Das Straßburger Domcapitel macht die Summe der zu Gunsten des Münsterbaues bewilligten Indulgenzen bekannt. 1279 November 14 Straßburg.*

Reverendis in Christo patribus et dominis dei gracia archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus prepositis decanis plebanis viceplebanis aliisque ecclesiarum rectoribus, ad quos presentes littere pervenerint, decanus totumque capitulum ecclesie Argentinensis oraciones in domino Jesu Christo. per diversas mundi partes tam indigene quam advene nuncii transeuntes, nisi cautelam adhibeant, in rebus dampna et in personis frequencius injurias paciuntur. cum igitur ecclesia Argentinensis a sede apostolica et ipsius legatis ac a reverendo patre et domino archiepiscopo Maguntino^a necnon ab aliis reverendis patribus episcopis litteras indulgenciarum obtinuerit et habeat pro sua fabrica reformanda, que si casu inopinabili perderentur, forte ipsa ecclesia nunquam vel nullatenus recuperaret tantum dampnum, tamen ne circa indulgencias ipsius ecclesie Argentinensis macula suspitionis [intimari possit],^b summam indulgenciarum sub testimonio decani et nostri capituli conscriptam vobis et aliis Christi fidelibus duximus tenore presencium transmittendam. que videlicet indulgencia talis est: sedes apostolica et legati ejus ac reverendus pater et dominus archiepiscopus Maguntinus predictus cum quinque suffraganeis suis singulis diebus, in quibus ipsi ecclesie Argentinensi subvenitur, quatuordecim annos cum carrenis relaxant. pro fraternitate autem et benefactoribus ipsius ecclesie quilibet sacerdos predicte diocesis Argentinensis qualibet septimana duas missas celebrat^c, unam pro vivis et aliam pro defunctis. summa annorum quatuordecim cum centum et quadraginta carrenis, summa vero missarum quolibet anno plus quam octoginta milia missarum. ut autem ad hec plena fides ab omnibus adhibeatur, sigilla decani nostri et capituli ecclesie Argentinensis predicte presentibus sunt appensa. datum Argentine anno domini 1279 feria 3 post festum beati Martini confessoris.

F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 219^a cop. chart. sec. XV.

72. Cünradus Argentinensis episcopus omnibus penitentibus, qui ad ecclesiam fratrum de penitentia Jesu Christi in Argentina in quatuor festivitatibus virginis Marie, in festo sancti Johannis apostoli et ewangeliste, sancti Johannis baptiste et omnium

a) *F mit schwärzerer Tinte über das durchstrichene Argent übergeschrieben.* b) *F inculari.*
c) *F celebrant.*